Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26157
Copyright: Admont, Benediktinerstift

rentes. dominicae de natali domini possidebunt.

De eodem officio in alia dominica repe|tendo. **XXXVIII.**

vavis autem duae
dominicae multociens eveniant eo tempo
re, numquam tamen ambas dominicali officio
occupari festa sanctorum permittere. non eo tan
tum anno dum vigilia epiphaniae in dominica
evenerit. Unde sanctus Gregorius satis competenter
unum dominicale officium eo tempore ordi
navit, eo quod ibi una tantum dominica omni
pene anno occurrat, quae huiusmodi offi
cio indigeat. nec utique sanctus Gregorius vel post epi
phaniam vel post pentecosten servare curavit,
ut tot officia haberemus, quot dominicae pos
sent evenire. Sed quia optime providit
huiusmodi inaequalitatem repeticione officiorum
facile emendari posse. Unde cum vigilia
epiphaniae in dominica occurrit, prioris
dominicae officium plenitur repetimus. sic in
dominicis post epiphaniam et post pentecosten quotiens
necesse fuerit iuxta romanum or
dinem facere debemus. Sicut enim dominicarum
hystoriam in quantum tempori sufficit repe
timus, nihilominus et officia repetere
possumus. Nam et dominicale officium alii dominicae
quae eidem observantiae non competeret, immo
competenter adhibetur, quae singulis prioratis
diebus, quae dominicarum officia non receperunt,
ex festivis ferialia efficiuntur. Hoc tamen
non tam ecclesiastici eveniunt necessitate
quam ex propria devotione usquequaque usitamus.
Non ergo incongruum videtur, si idem officium
in alia dominica in ecclesiastico conventu
satisfaciat repetatur.

De octava domini. XXXIX.

In octava domini iuxta romanam aucto
ritatem non officium Puer natus, sed Vultum
tuum in gradali libro habetur cum alleluia
Post partum virgo. canimus et orationem Deus qui fecunda
Deus qui salutis aeternae et Deus qui nos nati dicimus.
Et notandum huius octavae officium
evidentissime de sancta Maria agimus.
unde et romani ea die ad sanctam Mariam
stationem faciunt. nec immerito. Nam quia superius
cum natale domini celebramus, nullum tam spe
tiale officium matri eius attribuere
potuimus. Unde non incongrue illam specia
lius octavam domini veneramur, ne in sollep
nitate filii sui expers esse videatur,
quam tamen in eadem sollempnitate post dominum max
ime honorandam putamus. Matutina
les quoque laudes huius octavae de sancta Ma
ria agunt expressissime. Unde et illa
responsoria de natali domini quae de sancta Ma
ria commemorant huius diei esse
attitulantur, ne a Gregoriano eiusdem
diei officio discrepemus in aliquo. Aperte
autem in hunc modum omnia ordinari possunt.
Ad vesperas. **A.** Tecum principium cum Rel.
R. Congratulamini. **Ymnus** A solis ortu. **In evvangelio**
A. Magnum hereditatis. **Invit.**
Christus natus est. **A.** Dominus dixit. **A.** In sole posuit.
A. Elevamini. **R.** Descendit. **R.** O magnum.
R. Sancta et immaculata. **II. noct.**
A. Speciosus. **A.** Rex omnis. **A.** Suscepimus.
R. Beata et venerabilis. **R.** Congratulamini.